

testatis aut claritatis vidimus, ait S. Bernardus,  
serm. 6 in vigilia Nativit., sed gloriam paternae  
pietatis, gloriani gratiae, de qua Apostolus: « In  
laudem, inquit, gratiae gratiae sue, » Ephes. 1.  
Aliud Apostolus, I Thessal., 11, 16, exalamat:  
« Magnum, inquit, est pietatis sacramentum (scilicet  
Verbum caro factum) quod manifestatum  
est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit  
angelis, praedicatum est Gentibus, creditum est  
in mundo, assumptum est in gloria. » Vnde ibi  
dicta. Quem plena, et quoqueversum perfectissi-  
mum fuit gratia Christi, vide docentem S. Thomam,  
III part., Quest. VII, art. 9 et seq., ibique  
Saiores, Vespucius et ceteros.

**ET VERITATIS.** — Aperte veritatem jungit gratia, quia, ut sit S. Bernardus, serm. 74 in *Cant.*: « Veritas capere oculos habet, gratia hinnuli hilaritatem; utraque res necessaria milii: et veritatem, cui abscondi non possim; gratia autem, cui nolim. Alioquin sine alterutra visitatio plena non erit; cum et illius severitas absque amara, onerosa, et huius hilaritas absque illa, dissoluta possit videri. Amare et veritas sine condimento gratie, sicut absque veritatis fratre levis, et nesciens modum, plurimum et insolens ipsa devolet. »

Hujus rei symbolo pontificis Aaronicum, qui Christi erat typus, in rationali pectoris sui gestatio inscriptum: *Urim et-tummim, id est doctrina et veritas; vel ad Verbum, illuminatio et perfectio, huc est veritas et gratia: quo duo in Christo excelluerunt, ac sacerdoti omnibus maxime necessaria sunt, ut iis Christo assimiletur. Vide dicta Exodi xxviii, 30.*

Ergo, licet B. Virgo, S. Stephanus et illi dicantur pleni gratia; pre ceteris hominibus, tamen respectu Christi non sunt pleni. Christus enim est quasi oceanus et mare gratiarum, quod in omnes fidales, Apostolos, Martyres, Confessores, Virginies rivos graefarum emanat. B. Virgo vero, S. Stephanus aliquae Sacrae sunt quasi fontes, qui ex Chz:sto, quasi ex mari, aquam gratiae hau-

voci **תְּמִימָה**, et ut nome **צַדְקָה** non tantum **ben-  
volentia**, sed etiam per motuam, **donum**, **beneficia** ipsa indicat (vid. Gen. xxii, 11; Ps. xvi, 14;  
Isai. xvi, 5; Zach. viii, 3, 10), ita **צַדְקָה** hoc sensu plu-  
tus in locis Novi Test. legitur. Sed **צַדְקָה** ut  
etiam postum est pro **צַדְקָה** **אֲחֵרֶת**, ut sit **לְאַחֲרֵי**  
**צַדְקָה**, quia ratione iam Cyrius Alexander. verba nostra  
intellexis, qui ea interpretatus est **צַדְקָה** **אֲחֵרֶת**  
**צַדְקָה**. Itaque **צַדְקָה** **אֲחֵרֶת** est, **largitor**  
**benignior** **vereisimilior**, **vel** potius quia **cor** o-  
dilectorum sunt præstantia; **rigor**, enim, ut sequuntur ad-  
cent, non tam passim quam actualis intelligi debet.

Atque hec quidem illi : haud tamen repugnat si cultus illius magis arriedit, ut *gratia et veritas*: proprie vocantur, ac sint ea ipsa que superius per translationem *eis et Iux vocata sunt, alias vero* (Rom. iii, 22, etc.). non minus proprie *justitia et fides* vocantur, idque ipsorum Joannes mox confirmat, *gratian et veritatem* oponens legi Moysis (vers. 17), cui Paulus modo eadem haec dico, *modo justitiam et fidem* oponit quam sepiissimum

• Quod ait: ante me, inquit, non ad ordinem venimus, sed ad distantiam pertinet dignitatis. »  
Et S. Augustinus: « Non factus est, antequam factus esset ego, nam Joannes Christo sex mensibus fuit senior, et ante Christum copi predi-  
catus est, sed antepositus est mihi, hoc est, ante me  
factus est. »

cap. xiii, additique « gratiam pro gratia, » hoc est  
copiosam, abundantem et exuberantem gratiam.  
Sic in Prophetis « plaga super plaga, » vocatur  
maxima plaga; et « contritio super contritione, »  
vocatur summa contritio; et « pellere pro pelle, »  
Job i, hoc est, pellem super pelle, id est universi-  
sum erigem, et amplexa iuris causa, id est universi-

Quia prior me erat. — Quia scilicet Jesus fuit ab eis, cum ipse verus sit Deus Deinde filius. H. S. Augustinus, Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius. Rursum prior, id est prius natura, dignior maiestate, excellenter divinitate. Non dicit Joannes : Christus proficiendo in virtute et gratia me supervenit, ait Chrysostomus, sed « prior me erat, hoc est, semper me superior, semper gloriosus erat, » inquit Cyrilus, utpote verus Deus existens.

46. ET DE PLENTUDINE EIUS NOS OMNES ACCEPIMUS,  
ET GRATIAM PRO GRATIA. — Prosequitur et explicat  
quod dixit, vers. 14, Verbum incarnatum fuisse  
« plenum gratiae et veritatis; » quia de hac gratiae  
et veritatis eius plenitudine omnes nos Apostoli  
et Christiani, immo omnes fidiles ante Christum  
accepimus; nam Henoch, Noe, Mose, Abraham  
ceterique Prophetae et Patriarchae, ex previsis  
Christi meritis sanctificati et salvati sunt. Origenes  
et Theophylactus censemus hec verba adhuc esse  
Joannis baptistae de Christo. Melius illus. S. Chrysostomus,  
Cyrillus, Euthymius et alii censemus esse  
verba Joannis Evangeliste, confirmantis precede-  
denter verbam Iudei.

**DE PLENTITUDINE EJUS.** — hoc est, de eo plenisimo; Christus enim quasi caput Ecclesie, in omnes fideles, quasi in membra sua, non plenam omnemque gratiam suam, sed partem ejus ad

*Quinto, alli, q. d. "Graiam pro gratia," id est in Christi gratia nos omnes sumus gratiam consequiti, et per eum grati facti Deo. Unde Paulus passim dicit nos in Christo justificatos et sanctificatos. Ita Theodosius, Chrysostomus, Ambrosius, &c.*

grandis donum scatentium, in singulis annis, quae dignae sunt, defluit. »Hoc est quod ait Apostolus: «Benedictus nos in omni benedictione spirituali in ecclesiis in Christo». id est non Chrysostomus, sed non preciosus; Grecum enim *āri*, id est pro, non caput pro in.

*Sexto, ergo genuis et praece, Graecum *zeti* duo significat, sc̄iēt *primo* et proprie, vicariam successione, ut respondet Hebr. *τίνις ταχαῖ*, idemque sit *quid vice, loco, pro, q. d.* Pro gratia Christi, nos quasi ejus successors et filii, vicariam et similem illi gratiam accipimus. Sicut enim Christi gratia facti illum Deo gratum, sanctum, amicum et Filium dei naturale; sic eadem nos facit Deo gratus, sanctos, amicos et filios*

ET GRATIAM PRO GRATIA. — Greece. καὶ γένει ἡμί Dei adoptivos. Ita S. Chrysostomus. Cyrillus.

zixere; ubi exanimandus est à zix, id est pro. Primo, aliqui se expoundunt "gratiam pro gratia", dicitur super gratiam, id est omnem gratiam accepimus a Christo, quod Hebrei dicunt ψαλτις ἡμῖν στέφειν. Verum tamen à zix Greece non capit pro hī, id est super: unde hanc expositionem coniunctū hie Ritter; sed eam sequitur et proponit Joannes Alba. *Electorum sacrae Scripturae admodum admodum etiam in Graecis, ut etiam in aliis linguis, ut etiam in aliis scriptis, ut etiam in aliis locis, quibus probari poscit legem Mosaicam zixzixere poterit. Attamen quartis hic sensu P. Patritio arridet, qui versum 17 at esse brevem quamam. Et p. 17. illius zixxi zixxixere, Kunoefeld autem obiectum respondet *gratiam pro gratia* non interpretandum esse *gratiam pro lege*, sed gratiam longe potiorē illa quam homines qui legam Mosaicam observabant, sunt consenti.*

Theophylactus et alii. Secundo, *ārī sepe*, licet improprie, sumitur pro *proper*, q. d. Propter gratiam, vel per gratiam Christi quasi fontem et originem nos gratiam accepimus; explicat enim id quod processit: et de plenitudine ejus nos omnes accepimus, » per hoc quod subdit: et gratiam pro gratia. Gratia enim a Deo, per Christum quasi caput, ad nos quasi membra derivatae et dimana, uti docet Apostolus, *Eph.* I. Voluit enim Deus Christum constitutus quasi fontem communem gratiae, ex quae omnis gratia ad fiducias defuerit, ut Christus debeamus omnem gratiam et salutem acceptam ferre illigere iuges et impenitus agere gratias. Propter Christum enim est gratissimum et dilectissimum, quasi mediatorem, Deus nos sibi reconciliavit suaque gratia et amicula donavit, iuxta illud *Math.* iii, 17, et cap. xvii, 3: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit; ut nemo nisi per ipsum mihi placere possit. Ita Vatabulus, Franciscus Lucas et alii. Hinc patet nos a Christo accepere gratiam camdeum quam ipse in se habet; camdem, inquam, specie, non tamen numero (lispet id quidam opinati sint), hoc enim est indecens et impossibile iuxta legem ordinariam.

Posset tertio *ārī* notare quandam equalitatem: sic enim dicitur *ārītēs*, id est Deo aequalis, qui Deo se sequit. Deumque se facit, ut fecit Lucifer, et faciet Antichristus: *ārītēs* est aqua remuneratio et compensatio meritorum; *ārītēs* sunt ex aqua composita et sibi opposita; *ārītēs* est respondens ex adverso, compar et ejusdem forma; *ārītēs* est amplus, qui cum aqua solidum certal: antipodes sunt qui ex adverso aquis vestigium insunt. Sic sensus eset, q. d. Per Christum accepimus gratiam gracie Christi quasi aequali, quia per illum elevati sumus factique ordinis divini, scilicet filii Dei et divinae consortes naturae, II *Petr.* I, 4. Sic Apostoli erant quasi aequales et supares Christo: unde ipse eos *fratres* appellat, sicut Pontifex Cardinales vocat fratres, itaque eos quadammodo sibi aequat. Fidelis ergo, preserfum Sacerdos, Religiosus, Apostolus, cogitet se instar Christi vivere debere, ut coelestem Christi vitam agat; ut quisquis eum viderit, vel audiatur, Christum se in vita sua imaginis vidisse et audisse autem.

Sub « gratia » hic veritatem comprehendere. Dixit enim Christum placium gratie et veritatis, et de utriusque plenitudine nos omnes accepisse; per Christum enim accepimus veritatem, id est Dei cognitionem, fidem, prudentiam, sapientiam, intellectum salutis et rerum divinarum; item peccatorum remissionem, cum Deo reconciliationem, iustitiam, adoptionem in filios Dei, charitatem, humilitatem, mansuetudinem, celeritasque virtutes et dona: quae omnia hic nomine gratiae intelliguntur.

47. *Quia lex per Moysen data est, gratia et veritas per Iesum facta est.* — Dati causam cur per

Christum accepimus gratiam pro gratia; quia scilicet Moses, qui apud Judeos erat summus Propheteta et legislator, legem tantum dare potuit, quia doceret et juberet mandata Dei, sed gratiam ad illa implenda conferre nequivit. Christo ergo opus fuit, qui gratiam ad legem implementam pristaret. Unde Arabicus verit, *gratia et veritas necessaria fuerunt per Iesum Christum.* Opponit ergo et anteponebit Christum Mosi, ac gratiam et veritatem legi. Primo, quod Moses directe ex lege doceret duxat ex quod Deus vellet a Jurens fieri, puta praecipta decalogi, cum promissione bonorum temporalium, scilicet copiae frumenti, viui et olei, si illa servarent; at vero viam salutis, penitentie, remissionis peccatorum, justificationis et sanctificati, quia pertinuit ad vitam aeternam, non doceret, multo minus eam conferret. Christus autem illam docuit, et re ipsa contulit per gratiam et veritatem, quam e oculis attulit. Hoc est quod ecceccit Zacharias, *Luc.* I: « Ad dandam scientiam salutis plebi ejus in remissionem peccatorum eorum. » Ita S. Chrysostomus: « Per Christum, inquit, facta est gratia, quia cum potestate remittet peccata, regenerabat, etc, veritas, quia figuris amplemper.

Secondo, in lege triplicia erant praecipta, moralia sive decalogi, iudicia et ceremonia: duobus prioribus oppoitit gratiam, sine qua illa impleri non poterant, id est hominem ea transgredientem faciebant reum mortis presentis et aeternae; gratia vero facit ut fidelis, eadem impensa ex amore Dei, mereatur vitam aeternam; tertio vero, puta ceremonialibus, opponit veritatem, quia ceremonialia erant typi et umbrae Christi ejusque sacramentorum, quas umbras insperiebat Christus, itaque veritatem attulit. Unde S. Augustinus hic: « Quoniam, sit, exhibita est veritas? quia factum est quod promissum est. » Idem, lib. XVII *Contra Faustum*, cap. vi: « Ipsa lex, at, cum impleta est (per Christum), gratia et veritas facta est: gratia pertinet ad charitatem plenitudinem, veritas ad prophetarum implementationem; » sic et S. Athanasius, serm. 2 *Contra Ariam*.

Tertio, quia Moses obscuram et modicam dedit Dei et SS. Trinitatis cognitionem, clarum vero ei extiam Christus. Unde Beda: haec omnia complecta: « Christus, ait, homo factus enarravit quid de veritate Trinitatis sentiendum, qualiter ad eum contemplacionem properandum, quibus actibus pervenientium sit: » enarrabit eum, cum electos ad claritatem sua visionis inducat.

Dicit ergo hoc Joannes, ut Judaeos a Mose, qui nimis inhercabant, traducat ad Christum, scilicet a lege ad Evangelium ejusque gratiam.

Syntrophe et analogice: S. Augustinus, lib. XIII *De Trinit.*, cap. xix, per « gratiam » accepit ipsum Verbum in tempore incarnationis, per « veritatem » vero visionem Dei aeternam, ad quam ipsum vos ducit. Audi ipsum: « In rebus enim per tempus ortis, illa summa gratia est, quod

homo in unitate personae conjunctus est Deo, in rebus vero aeternis, summa veritas recte tributur Dei Verbo. Quod vero ipse idem est unigenitus a Patre, plenus gratiae et veritatis, id actum est, ut idem ipse sit in rebus, pro nobis temporaliter gestis, cui per eamdem fidem mundatur, ut cum stabiliter contempletur in rebus aeternis.

48. *Deum nemo vidit unquam: unigenitus filius, qui est in sinu patris.* — Syrus, *ārenio*; S. Cyrilus, « in utero » (hunc enim quod significat Grecum *άντονα*, grecè *τον οὐλόν*, id est *ad sinum*, puta ad pectus et cor Patris. Est catachresis; per « sinum » enim significatur similitudinem Filii cum Patre conjunctio, communicatione et secretorum cognitio, q. d. Filius qui Patri est intimus, conjunctissimus et *τυλων*, sive consubstantialis, ac consequenter sapientia, consiliorum et secretorum omnium dei Patris est conscientis et particeps, iteque ea optime et intime novit; hic, inquam, solus eadem plane et plene enarrare potuit, et de facto enarravit. Ita S. Chrysostomus, Cyrilus, Augustinus, Theophylactus, Euthymius et alii. Unde S. Ambrosius, *serm.* 18, explicat sinum hunc, ut sit intimum nature secretum. Notat S. Athanasius, lib. III *De Unica Trinitate*, substantia, dictum esse Unigenitum in sinu esse Patris, ne per hoc quod caro factus est, divisa esse credatur a Patre, cum revera maneat, et etiam sit apud Patrem, sicut erat in principio et semper.

Audi S. Chrysostomum, qui per « sinum » significari censem, quod Filius non tantum videat, sed et comprehendat Patrem: « Multi, ait, Deum cognoscimus, non tamen ipsam substancialis qualis est, nisi solus Unigenitus, qui certam notiōnem visumque et comprehensionem habet, quem filium de Patre habere par est. Sicut enim cognoscit me Pater, inquit, et ego cognosco Patrem (*Jean.* x, 13). Quare animadverba quanta cum exuberantia loquatur Evangelista. Siquidem cum dixisset: Deum nemo vidit unquam, non prosecutus est, Filius qui vidit, narravit; sed aliud quiddam amplius quam videre posuit, dicens: Qui in sinu est Patris. Qui enim tantum videt, non certam habet rei visa cognitionem; qui vero in sinu immaturatur, omnia ei perspicua sunt et certa. Ne igit audiendo: Nemo cognoscit Patrem nisi Filius (*Math.* xi, 27), dices quod, licet magis ceteris de Patre habeat cognitionem, non tamen qualis est novit, idea in sinu Patris cum esse inquit Evangelista: quo uno verbo multam substantiam cognitionem, propinquitatem, parem Patri cognitionem, potestatem ostendit. »

Alludit ad illud Davidus de Christo, *Ps.* cix, 4: « Ex utero ante luciferum genui te, id est ex intellectu meo fecundu, velut Verbum dixi, et velut filium genui te. Unde S. Hieronymus ibidem: « Ex utero, inquit, id est de mea substanciali, de mea natura, de meis visceribus, de medullis divinitatis mee. Totum quidquid est in divinitate, dedit Filio, quem generavit. » Et S. Augustinus, in *Psalm.* cix: « Qui est sinus, ait, ipse est uterus, et sinus et uterus pro secreto positus est. Quid est ex utero? Ex secreto, et occulto, de meipso, de substantia mea, hoc est ex utero. » Sic et

Theodorefus: « Ex utero, ait, id est ex substantia mea; ut enim ex utero homines gignunt, et ea quae gignuntur eamdem habent naturam, quam gentiores; sic ex me genitus es, et genitoris in teipso substantiam ostendis. »

Porro, ipse Hieronymus hunc *Psalm.* cxx versum ita vertit, « quasi de vulva orietur tibi ros adolescentiae tuae; » Aquila, « de vulva dilucido surgentis tibi ros paeritis tuae; » quinta editio, « de vulva super auroram tibi ros adolescentiae tuae, » hoc est, ex divinitate mea genui te Deum, iuxta illud Symboli: « Deum de Deo. » Ita S. Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Athanasius et alii contra Arianos. Ros enim est Hebrews quod Latinus flos. Ros, ait R. Salomon, designat suavitatem, hilaritatem, dulcedinem, puritatem generationis celestis, sicut ros nascitur ex aurora coelesti.

Intra ENARRAVIT. — Grace ἐγνώσκει, id est declaravit, clare exposuit, dilucide explicavit discipulis suis, et per eos in totum mundum propagavit, ait S. Chrysostomus; ἐγνώσκει enim est res occultas et absecretas explanare et dilucide expovere, ut Christus exposuit nobis arcana Patris de S. Trinitate, de Verbo, de hominum vocazione, gratia, beatitudine, resurrectione, gloria coelesti, pennis inferni, etc. « Vox ἐγνώσκει, » ait S. Chrysostomus, expressorem certioremo doctrinam demonstrat. » Et mox: « Enarratio hoc loeo doctrina evidenter significat; quare ex Verbum et magni consilii appellatur. » Et nonnulli interjecti: « Quid amplius a Filio didicimus, qui in simo est patris? longe ab eo expressorem et magis perspicuum doctrinam accepimus; videbet quid Spiritus Deus est, et qui adorant eum, in spiritu et veritate oportet adorare, quod Deum videre est impossibile, quod eum nemo novit nisi Filius, quod Pater est dilectissimi unigeniti, et alia multa. »

19. ET HOC EST TESTIMONIUM JOANNIS, QUANDO MISERUNT IUDAEI AB HEROSOLYMIS SACERDOTES ET LEVITAS AD EUM, UT INTERROGARENT EUM: TU QVIS ES? — Joannes Baptista sepius testimonium perhibuit Jesu, quod ipse esset Messias, sive Christus, tam ante ejus baptismum quam post. Joannes Evangelista hunc omisso testimonio, quod perhibuit Joannes Baptista Jesu ante ejus baptismum, utpote a ceteris tribus Evangelistis enarratum, hic recenset testimonium ejusdem de Jesu, postquam ipse eum baptizavit, quia illud fuit publicum, juridicum et celebrerrimum, utpote a pontificibus et magistris judicialiter postulatum et acceptum per legatos ad Joannem missos. Causa hujus legationis et questionis fuit, quod pontifices videnter Joannem in deserto viderent, agere angelicam, praedicare tanto spiritu, baptizare movereque homines ad penitentiam, quod nemo ceterorum Prophetarum fecerat. Putarunt ergo pontifices sui officii esse, ut ab eo quererent quis esset; presertim quia ex translato a Iuda ad Herodem sceptro et ex complectis

70 habdomadibus Daniellis, sciebant jam immolare tempus adventus Messie. Quare Joannem suspicabantur esse Messiam. Unde rogant eum: « Tu quis es? »

Allum causam afferit S. Chrysostomus hic, scilicet id eos rogasse ex odio et invidia Iesu; ut enim Iesum ostenderent non esse Messiam, filium Messiae ad Joannem transferre conati sunt. Ergo enim fererent Joannem sibi preponere Iesum eumque facere Messiam. Idem S. Chrysostomus, hom. 11 in *Matth.*, censem id eos rogasse ex invidia Joannis, quod scilicet dolerant Joannem non vite sanctitatis, praedicationis et baptismi ita inlaresceret, sibique preferret, ac populum a Sorribis et sacerdotibus ad se traducere. Verum est aliquid nonnullorum invida his sessa misericordia, tamen vero et propria est causa, quam dixi; Dei enim consilium erait Joannem ita exaltare, ut pontifices compellerent eum rogare, an ipse esset Messias, ut rogatus juridice responderet id quod erat, scilicet quod non esse Messianum, sed Jesum esse Messianum, ut hoc Joannis testimonio conviceret, cogeneraret Iesum pro Messia recipere, et, si non reciperent, essent inexcusabiles.

To quae ns? — Videntur pontifices eorumque legati facile vel expresse interrogasse Joannem, an ipse esset Christus, disseruisse: Tu quis es, eane Christus? Nam vers. seq. Joannes interrogatio eorum respondens, ait: « Non sum ego Christus. » Evangelista tamen solam priorem interrogacionem hic refert, utpote praecipuum et ad suum propositum pertinentem; nimil ut Baptista ad eandem respondens se esse vocem clamantis in deserto, ad parandam viam Messie, eamque indicandam, testificaretur Iesum esse Messiam, quem illi querebant. Ita Jansenius, Maldonatus, Cajetanus et alii.

Potius sciebant pontifices Joannem esse filium Zachariae sacerdotis, ideoque sacerdotem; cum ergo rogant: « Tu quis es? » rogant quis es nunc, dignitate, officio? q. d. Quid minus goris? quod officium a Deo accepisti? ad quid te misit Deus predicare et baptizare? Majora enim officia Dei solebat committere sacerdotibus.

Tropologicus, quisque se crebro interrogat: Tu *Trop.* quis es? obvendo singula praedicationa. Primo, *Trop.* a substantia: Tu, quod substantiam, quis es? *Audi.* *Sacra* conscientiam sibi respondentem: Dei creatoris in me nomen est: « Ego sum qui sum, » sive a qui est, » *Ecccl.* iii. Ergo meum, qui sum creatura, nomen est: « Ego sum qui non sum, quia ex me nihil sum, sed ex me nihil educus sum a Deo factus. » Tunc homo: quare anima et corpus que habeo, non mea sunt, sed Dei, qui ea creavit ex sua essendi plenitudine, minique eadem dedit, vel potius commodavit, ut illes utar ad eius voluntatem, amorem et cultum: quare pars est ut ea in ipsius obsequio impendam et exhaustiam. Sic Joannes respondet: « Non sum ego Christus. » Et S. Franciscus: Quis tu, Domine? quis ego?

Tu abyssus sapientiae, patientiae, virtutis omnis que boni; ego abyssus ignorantiae, infirmitatis, peccatorum omnisque mali et misericordiae. Tu abyssus entis; ego abyssus nihil. Hinc Christus apparet S. Catharinae Senensi, dixit: « Beata eris si noris quis sim ego, que tu: Ego sum qui sum, tu es que nou es. »

Secundo, quantitatis. Quis, id est quantum es tu? Si continuum quantitatem species, cum quadratur cubitorum; quippe enim homo in altitudine tantum habet, quantum habet in latitudine, si brachii extendet; brachii autem extensa habent mensuram quadratorum inveniuntur, ut patet si paterat qui ea compliceret, et complicando junget. Si discretum quantitatem, id est numerum, species, ergo inter tot hominum milliones, sum unus, exiguis et pusillus: ergo per est ut meam parvitatem agnoscam, meque sub Deo et angelis summe deprimam et humiliem; si enim Christus fuit despiciens et novissimus virorum, *Isaia* lxx, 3, quantum sum ego?

Terzo, qualitatis. Quis, id est qualis es tu? corpore sum infirmus, miser, arumnosus. Anima sum rationalis, similis angelis; sed appetitu sensitivo et concupiscentia similis sum asinis et bestiarum; sequar ergo rationem, ut assimiler angeli, non concupiscentiam, que me similem faciat bestia.

Quarto, relationis. Quis, id est cuius filius es tu? Sum filius Adae, primi peccatoris, ideoque peccator natus sum in peccatis, vivo in peccatis, moriar in peccatis, nisi Christi gratia ex iis me eripiat, sanctificet et salvet: illam ergo humiliter et assidue imploro.

Roga Salomonem, regem sapientissimum, opulentissimum et felicissimum: Quis es tu? respondet tibi, *Sapient.* vi, 1: « Sum quidem et ego mortalis homo, similis omnibus, et ex genere terreni illius, qui prior factus est, et in ventre matris figuratus sum earo, decent inueniens tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis et delectante somni conveniente. Et ego natus acceperi communem aerem, et in simillimi factam decidi terram, et primam vocem similem omnibus emisi plorans; in involventis nutritus sum, et curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatem iustum. Unus ergo introitus est ad vitam, et similis exitus. »

Quinto, actionis. Quis es tu? quid agis, quid exerces tu? Exerceo artem fabrilem, sartorianam, pistorianam, age pretorem, pastorem, causidicum, etc. Vide ut ea sic agas, sicut lex divina exigit, nimil ut sobrie, recte et pie vivas in hoc seculo, expectans beatam spem et adventum glorie magni Dei; ut per temporalia bona sic transcas, ut non amitas, sed acquiras eternam. Age, stude, labora, vive eternitatem. Hoc age; hoc enim est omnis homo. Hinc S. Bernardus crebro sibi dicebat: « Bernarde, die, quare hic? » atque hoc stimulo ad omne virtutum studium se excitat.

Sexto, passionis. Quis es tu? quid pateris? Pater in reprocere famem, sitim, frigus, fatigacinem, restum, morbos et tribulationes assiduas, adeo ut vix inominent horae sit, quin hoc illudve, immo multa simul mihi patientia occurrant. In anima longa majora et acerbiora patior: scilicet dolores, angores, scrupulos, morores, iras, indignationes, caligines pavores, etc., ut videat esse scopus in quem omnes criminum sua tela conjiciant, meque suis sagittis configant. Esto ergo adamus patienties, ut patienter et generose omnia sustineas, itaque patientie coronam in celo aternam adipiscaris.

Septimo, ubi. Quis es tu? ubi es tu? Sum in terra, situs inter celum et infernum, ut, si sancte vivam, in celum transferar; si impie, in infernum, in incendia conieciar. Vive ergo sollicitate, caute et sancte, ne infernus, sed celum post mortem brevi te excipiat.

Octavo, quando. Quis es tu? quando natus es tu? quando vixisti? quando morieris? Huius natus, hodie vivo, oras moriar. Hesteri quippe sumus, et ignoramus quoniam sicut umbra dies nostri sunt super terram, » *Job.* viii, 9. Nascendo morimur; mox enim ut nati sumus, tendimus, immo veloci passu currimus ad mortem. « Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies nesterne que præterit, » *Ps.* LXXXIX, 4. Despicere temporalia cuncta, que instar avis prætervolant; ama et ambi coelestia, que cum Deo et angelis in omne evum perdurant, ita eternus eris, in eternum felix, et in perennibus gaudiis eternabis. « Nam ut beat sique eterni simus in eterno, aut S. Gregorius, lib. XVII *Moral.* in fine, imitemur eternum. Et magna nobis est eternitas, initatio eternitatis. »

Nono et decimo, situs et habitus. Quis es tu? quem habes situm, quem habitum? Num sto, num sedeo, nunc jaceo. Habitum et vestem geru Christiani, Sacerdotis, Episcopi, Religiosi. Vide ut tuo habito et statu condigne vivas; nec enim habita facit christianum, vel monachum, sed vita pietatis, humilitatis, charitas, sanctificat.

20. Et confessus est (veritatem), et non negavit (non revocavit, non retractavit); et confessus est: Quia (quod) non sum ego Christus. — Hoc est publice, plane et plene confessus est se non esse Christum. Hebrei enim cum quid asseverare et valde confirmare voluit, id ipsum assertive congermant, et negative triplicant. Hinc patet legatos rogasse Joannem, an ipse esset Christus; ipse enim ad hoc respondit: « Non sum ego Christus. » Ita Nonnus: « Sacerdotes convene, ait; interrogabant celari sermone: Quis es tu? num Christus es? » Ubi nota insignem humilitatem S. Joannis, qui nomen Christi sibi oblatum constanter refutavit, quia amabat veritatem et Iesum, cui titulus Christi debebatur. « Hoc fidelis servi, qui gloriam non aucepari, sed et a multitudine

tributam propulsare. » Hæc pariter insignis ejus fuit prudens, qua maluit « solide subsistere in se, quam humana opinione rapi inaniter super se, » ait S. Grægorius. Mundani homines solent se facere dicerisque : Ego sum nobilis, dives, sapiens, prætor, Canonicus, Episcopus. At Joannes docet nos dicere : « Ego non sum, » quia si quid sum, a Deo sum.

21. ET INTERROGATERE VESTRUM : QUID ERGO ? ELIAS EST TU ? ET DIXIT : NON SUM. — Negante Joanne esse eum Christum, rogan legati, an sit Elias; hic enim raptus est a Deo, ut sit præcursor Christi, quem ipsi sub hoc tempore expectabant, juxta illud *Malach. iv, 5* : « Ecce ego vobis mittit Eliam præphetam, antequam veniam dies Domini magnus et horribilis ; scilicet autem siem iudicij, cum Christus redibit, ut sit iudex omnium ; sed Scribi id non intellexerunt ; putabant enim unum tantum fore adventum Christi, scilicet gloriosum, quem precedet Elias ; ut etiamnum putant Iudei, qui proinde Christum medium venisse credunt, sed venturum cum Elias expectant ; cum tamen ex eodem *Malachia*, cap. xii, vers. 1, cognoscere debuerint, alium fore præcursorum primi adventus Christi in carnem, scilicet Joannem Baptistam : « Ecce ego, ait Dominus, mittio angelum meum, et preparabit viam ante faciem meam. »

PROPHETA ES TU ? ET RESPONDIT : NON. — Greece ἐπίγραψε, id est ille propheta per excellenciam. q. d. Esne tu novus et magnus Propheta, ceteros omnes superans, qualiter unum cum Messia venturum opinamur, ut sit eum præco. Ita S. Chrysostomus, Cyrilus, Theophylactus, Euthymius, sed errant ; Christus enim non egit propheta, ut Moses, quia clingens, eguit Aaron, *Ezod. vii, 1 et 2*; sed ipse Christus sibi fuit propheta, præco, sacerdos, legislator, princeps. Porro, Joannes non fuit propheta hoc sensu, quia non prædicti futura, sed Christum presentem indicavit et digitu demonstravit : huius ergo ipsius plus quam propheta, ut ait Christus, *Math. xi*.

22. DIXERENT ERGO EI : QVIS ES ? UT RESPONSUM DEMUS HIS QUI MISERUNT NOS. QUID BUCIS DE TEIPSO ? — Quem te esse dicas?

23. AIT : EGO VOX CLAMANTIS IN DESERTO : DIRIGITE VIAN DOMINI, SICUT DIXIT ISAIAS PROPHETA, — cap. xi, 3, ubi hunc locum expliculi. Audi Patres illum interpretantes : « Servus sum, inquit, et vias preparo Domino, corda vestra, » ait Theophylactus. « Venio, inquit, dicturus in januam ipsum jam esse, qui expectabatur, ut parati sitis proficiunt quocumque jubebit, » ait Cyrilus. Denique S. Augustinus : « Non vobis videtur præconis esse dicere : Exite, facite viam ! »

24. ET QUI MISI FUERANT, ERANT EX PHARISEIS. — Addit hoc Joannes, ut occasionem suggerat, eum ipsi Joannem Baptistam de baptismio examinarent, q. d. Legati hi ad Joannem misi erant Pharisæi, ideoque in Scriptura versati agere ac

versuti, vafri et captiosi. Sciebant ergo Messiam quidem baptizaturum in remissionem peccatorum, quia id predixit Ezechiel, cap. xxxvi, 23, et Zcharias, xii, 1; de aliis vero Prophetis et Sanctis, quod baptizaturi essent, non legerant in Scriptura; rogan ergo Joannem, ut dicat quia auctoritate sibi baptismum assumat, presertim cum se non tantum Christum, sed et Prophetam esse narrant. Videntur ergo hi Pharisæi non iussi Pontificum, sed ex se examinasse Joannem de baptismi, quasi illi subfossi et glorie ius invidentes, quasi ipse sibi per baptismum plus aequaliter tribueret.

25. ET INTERROGATERE EUM, ET DIXERUNT EI : QUID ERGO PROPIZIAS, SI TU NON ES CHRISTUS, NEQUE ELIAS, NEQUE PROPHETA ? ... Pharisæi hi ex arrogantiâ, ait S. Cyrillus, insultant Joanni, q. d. Nec Elias, nec Eliseus, nec alii Prophetae ausi sunt sibi arrogare munus baptizandi : quia fronde ergo, quia audacia, tu qui non es Propheta, illud usurpas tibi arrogas. Ita et S. Augustinus. Causam dat S. Cyrilus dicens : « Conseruator enim semper ex protteria Pharisæi presentes contemnere, et venturum simulato fluorescere honore, et ut ipsi magni apud Judeos essent, et divitias ingentes sibi accumularent, neminem preter se pati honori. »

26. RESPONDIT EIUS JOANNES, DICENS : EGO BAPTIZO IN AQUA : MEDIUS AUTEM VESTRUM STETIT, QUONIAM NESCIS. — q. d. Deus misit me baptizare aqua, ut vos excitem ad penitentiam et lacrymas, quibus vos disponam ad baptismum Christi ; ipse enim vos baptizabilis Spiritus Santo, in remissionem peccatorum, uti exprimit tres ceteri Evangelisti ; ideoque Joannes id ipsum his subiectet et omittit.

MEDIUS VESTRUM STETIT. — q. d. Christus in medio vestrum versular, et tamen « vos » cum « nescitis », id est non agnoscitis pro Messia, sed Iesum, id est merum hominem esse, eumque pauperem, vilent et abjectum existimat. « Vide mansuetudinem et veritatem sancti, inquit Theophylactus : mansuetudinem quidem, eo quod nihil asperum ad eos loquitur, quamvis insolentes essent ; veritatem autem, quia liberrimus testis erat gloria Christi, neque Domini gloriam occultabat, ut sibi nobilitatem pareret. »

27. IRSE EST, QUI POST ME VENTURUS (predicatus et baptizatus) EST, QUI ANTE ME FACTUS EST, — id est mihi predulat et præpositus est, ut dixi vers. 13, q. d. Veniet post me Christus, vos baptizans, et suo baptismo meum perficiat, et penitentes abluat et justificet, q. d., ait Cyrilus : « Ego preparando lavo aqua inquinatos peccatores, ad initium penitentiae, et hoc pacto ab his minoribus ad sublimiora vos preparabo. Majorum autem rerum et summae perfectionis largitor post me venturus est, » quasi dicit : Meus baptismus est christum dispositio et præparatio ad baptismum Christi, ait S. Chrysostomus ; meus aqueus est et corporeus, Christi vero igneus et spiritualis.

ECCE EGO NON SUM DIGNUS UT SOLVAM EJUS COR-BIGAM CALCEAMENTUM. — Quasi dicit : « Ego inter postremos etiam Christi servos annumerari non mereor, propter magnitudinem considerata in eo divinitatis, » ait Euthymius ; « Solvere enim calceamenta vilissimi servi officium est, » ait S. Chrysostomus. Vide dicta *Math. iii, 11*.

28. HEC IN BETHANIA FACTA SUNT TRANS JORDANEM, UBI ERAIT JOANNES BAPTIZANS. — « Bethania, » ita habent Biblia Romana, Syria, Arabica et multa Graeca, etiam Vaticana, Boda, Alcuina, Glossa, Lyranus. Verum Origenes, S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, S. Epiphanius et S. Hieronymus, in *Loci Hebr.*, pro *Bethania* legunt *Bethabara*, ubi Gedon cecidit Madianitas. Verum respondet cum Toleti unum euendemus esse locum *Bethania* et *Bethabara*, aut certe unum alterius vicinum, vel in altera Jordani ripa oppositum. Fuit hic locus ille, in quo Hebrei venientes ex Egypto primum duce Ioseph transierunt Jordanem, ut ingredierentur in terram Canaan sibi a Deo promissam. *Beth abara* enim hebr. idem est quod *domus transitus*; *Beth onia* idem est quod *domus navis*; *domus*, id est locus. Erant enim hoc loco paratae naues, quibus viatores traherent Jordanem. *Bethania* ergo hic derivatur a *Beth*, id est dominus, et *on* ou per ον, id est navis. Alia igitur fuit *beth* *Bethania* a *Bethania* et *Lazari*. *Hec εβραιον hebr. scribitur per αιν την βηθ ον*, et significat *domum humilitatis* (1).

Igitur Joannes hunc locum elegit ad baptisandum, tum ob aquarum copiam, tum quia vicinus erat deserto, in quo ipse degebat; tum ob memoriam prisei trajectus Israelis ibidem facti, tum quia ibi ob trajectum magnus erat hominum concursus. « Unde et usque hodie, » ait S. Hieronymus in *Loci Hebr.*, plurimi et fratribus, hoc est de numero credentium, ibi, resinas cupientes, vitali surgite baptizantur, in memoriam Christi, qui ibidem a Joanne baptizatus est. Distat hic locus Jordanis a mari Mortuo, sive a lacu Asphaltico, quatuor leuiscis horis.

Nota : Christus a Joanne baptizatus die sexta Januarii; inde a baptismio 33 die, ait S. Epiphanius, *hæresi* 31, puta prima die martii, Joannes hoc testimonium perhibuit Iesu absenti, quod

(1) Ad questionem *ubi haec facta fuerint*, respondeo : Hic non tanquam certa, sed certo proxime accipienda sunt, scilicet : 1<sup>a</sup> E vocabulo *Bethwā* per compendium scripto, confutare esse nomen *Bethwā*; inde vero Origensem, cum et olin in locis illis sita fuerit *Bethwā*, juxta quam Hebrai duce Ioseph Jordanem transierunt, concreuisse legendum esse *Bethwā*. 2<sup>a</sup> Duo fuisse *Bethania* nominis oppida, alterum Hierosolymis vicinum, alterum ad ripam Jordanis situm, cuius h. l. mentio facta est. 3<sup>a</sup> Vocem *τηρητης*, quae respondet Hebreorum *τηρητης*, non modo notare *trans*, sed etiam *juxta*, *prope*, *cis*, esseque h. l. explicandam *cis*, scilicet in *Judea*; nam Joannes, *Math. iii, 1*, Iudeos baptizatum initiare coepisse dicitur εν τη τηρητη της Ιουδαιας, sed deserti hujus dines *Jordanis* non pertingeret.

Secundo, quia Christus ab Isaia et Jeremia vocatus est agnus, pro mundi redemptione offensus. Ita S. Chrysostomus, Cyrilus, Theophylactus, Euthymius.

Tertio, diciunt agnus ob summam et agninae innocentiam, mansuetudinem, patientiam, obediens usque ad mortem, quam silens instar agni sustinuit. Ita S. Augustinus. Unde S. Petrus, *epist. I, cap. II, 22* : Qui, inquit, peccatum non fecit nec inventus est dolus in ore ejus : qui cum

ECCE AGNUS DEI. — Nonnus paraphrasit veritatem, « et cum exresset digitum, monstrabat testi populo prope venientem. Illud verbum : Ecce, ponitur, ait Chrysostomus, eo quod multi iam ipsum inquirebant, ideo presentem ostendit, dicens : Ecce hic est, de quo jam sermo habitus est. Brevi admodum tempore, ait Cyrilus, Propheta simul et Apostolus Baptista effectus est; quem enim venturum praedicabat, hunc jam monstrat presentem. »

AGNUS. — Graece ἀρνέτης, scilicet *ille agnus singularis et divinitus a Mose et Isaia predictus et prefiguratus*, ait S. Chrysostomus et Theophylactus. Alludit ad *Isaiæ III, 7* : « Oblatus est quia ipse voluit, et non aperuit os suum : sioc ovis ad occisionem ducetur, et quasi agnus coram tinctore obmutescet, et non aperiet os suum. » Et ad *Jerem. XI, 19* : « Et ecce quasi agnus qui portatur ad victimam. » Vidi ibi dicta, ubi et addidi nomen Jesus Graece Ἰησοῦς, per anagramma litteris transpositis idem esse quod εν τητης, id est *tu es ovis*.

Christus a Joanne baptizatus, et ab eius assecuta Joanne Evangelista in Apocalypsim crebro vocatur « agnus » primo, quia ipse presignatus erat agno paschali, et jugi sacrificio tuo quotidie agnus mane et vesperi beo in templo immolabatur, alliisque agnus, qui ex lege pro peccato sacrificabantur, nec tamen peccatum abolere poterant, unde representabant Christum, qui illud sanguine abolitur erat. Ita Origenes, S. Cy-

maledicerebat, non malediebat; cum pateretur, non communinabatur. » Hinc et S. Joannes in Apocalypsi delectatur voce agni, et cum Christo quasi agno dissimilatur, ab eoque agnina similitudinem, puritatem et mansuetudinem imbibit, ut nos idem facere verbo et exemplo doceat.

Jam vero Christus dicitur *agnus Dei*, id est non ovum, sed *Dei Filius*, quia a Deo, id est iussu et voluntate Dei, pro hominum redemptione est immolatus: sicut vocatu sacrificium Abraham, quod Abraham oculi, ait Theophylactus, Eu-thymius et Maldonatus. Aut quia ipsimet Deus est oblatus et immolatus. Aut *Dei*, id est divinus, propter divinitatem que in ipso erat. Aut, ut Clemens Alexandrinus, lib. I *Pedag.*, cap. v, et ex eo *Toletus*, in cap. I *Joannis*, quia pro nobis factus est puer et infans Patris; pueros enim agnos vocamus. Verba Clementis sunt: « Quoniam Scriptura pueros et infantes agnos vocat, Deum qui est Verbum, qui propter non homo factus est, qui natus in omnibus assimilari volebat, vocavit Agnum Dei, filium Dei, infantem Patris, » q. d. *Christus* est Agnus Dei, id est *Filius Dei*; agnus enim filium nota.

Porro Christus, quoad fortitudinem, victoriam, regnum et triumphum, est leo de tribu Juda; quoad lenitatem et candorem, est agnus, ac per illa factus est leo; fuit enim ipse agnus in passione, leo in resurrectione.

Qui tollit peccatum, — tum quoad maculam, quam peccatum post actum animae imprimi; tum quoad reatum poene et gehenna, cui peccatores facit obnoxium et reum: « tollit, » inquam, ejus expiationem et penam in se suscipiendo, itaque morte sua in cruce pro peccatis ex iustitia et exequitate satisfaciendo. Dicit hoc Joannes, ne quis videt Christum accessisse ad baptismum suum, ut eo peccata sua ablueret, ut faciebant ceteri, eo quod ipse nullum haberet peccatum, esseque innocentissimum et sanctissimum, ideoque a Deo factus esset victimam pro peccatis totius mundi, ut omnis expiat omnesque in se credentes et penteentes sanctificaret. « Qui non assumpsit de massa nostrum peccatum, ait S. Augustinus, ipse est qui tollit nostrum peccatum. »

PECCATUM. — Ita legunt Graeca, Romana, Syra, licet nonnulla legant cum Arabicо, *peccata* in plurali; sed eodem redi sensu. Per e peccatum intelligit primum et universale peccatum Adae, puta originale, quod ipsa per generationem in posteros omnes transiit, et ex quo cetera omnia actualia, tam venalia, quam mortalia oruntur. Christus ergo tollit « peccatum, » id est omnem peccatorum colluvium et scaturigenum. Ita Theophylactus, Beda, D. Thomas, Glossa, Jan-senius et alii, juxta illud *Isiae* lvi, 6: « Posuit Dominus in eo iniuriam omnium nostrorum, etc., et iniurias eorum ipse portabit. » Et illud: « Ihesus est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius

mundi, » *I. Joan.* ii, 2. « Unus pro omnibus occiditur, ait Cyrillus, ut omne genus hominum Deo Patri sacrificiat. » Est enim in Christo perennis vis pecunia expiandi, per omnia secula, per omnes homines, qui ejus fidem, baptismum et pemtiam suscipere volunt.

30. HIC EST DE QUO DIXI (vers. 15 et 27): POST ME VENIT VIR, QUI ANTE ME FACTUS (michi prepositus) EST: QUIA PRIOR ME ERAT, — utpote ceterus versus Deus. A Baptista, ait Cyrillus, ultra et spongia gloria Christi cedit, nec ex charitate magis, quam ex veritate, acoequo necessitate id facit.

31. ET EGO NESCIEBAM EUM, SED UT MANIFESTETUR IN ISRAEL, PROPTERA VENI EGO IN AQUA BAPTISTAS. — q. d. Ne putelis, o Scribe et Judei, me JESUM assere esse Messiam, familiaritatis, cogitationis, aut gratiae causa, quasi illi familiaris amitus simul fuerim; assevero enim vobis quod ego « nesciebam eum, » quia nunquam eum ante vidi, ne ante baptismum allocutus sum; sed ut eum vidi, ex Dei afflato et inspiratione ipsum agnovi, ut dixi *Math.* iii, 14. « Quid mirum, ait S. Chrysostomus, si Christum nesciebat, qui in deinceps extra paternam domum, a pueru versatus erat? »

SED UT MANIFESTETUR IN ISRAEL, — Iudeis, quibus Prophetas promissus est Messias, « ut omnes adducantur ad fidem in illum, » ait Theophylactus. Unde Nonnus paraphrasat veritatem: « sed ut ipse habens incognitum faciem, manifestaretur omnibus Israeli, (Jacobi patriarche) filiis, rectore parentibus, ego veni prorevisor via non predicante, baptizans indoctum, ignoramus populum. »

32. ET TESTIMONIUM FERIBUT JOANNE, DICENS: QUA VIDIT SPIRITUM DESCENDENTEM QUASI COLUBRAM DE CORLO, ET MANIS SUPER EUM, — puta in Christi baptismio. Vide dicta *Math.* iii, 16. Nonnus veritatem, « testimonium dixit, quod vidisset descendens ex aethere finibus Spiritum Dei, alarum prudenti plausi et vibratione delatum, ad expressam imitationem columbi, donec venit, ut secum venit, et ibi manebat. »

33. ET EGO NESCIEBAM: SED QUI MISIT ME BAPTIZARE IN AQUA,ILLE MIHI DIXIT: SPORE QUEN- VIDERIS SPIRITUM DESCENDENTEM, ET MANENTEM SUPER EUM, HIC EST QUI BAPTIZAT IN SPIRITO SANCTO. — « In aqua, » Nonnus, « baptizare non ignis et spiritu parentibus lavaeris. » Identiter Baptista ingeminat se non ex visu et alloquo, sed ex Dei revelatione nosse Jesum esse Christum, ut nemo ejus testimonio refragari audeat. Ita S. Cyrilus.

Nota ḥ manentem, Hinc enim liquet proprium fuisse Christi, habere omnes gratias Spiritus Sancti, ac prophetiam per modum habitus; at in aliis manere solum ea dona que ad vitam sanctitatem necessaria sunt, juxta illud *Joan.* xiv: « apud vos manebit. » Ita S. Hieronymus, in

*Jerem.* cap. xxviii, et *Ezech.* xxxv; S. Gregorius, hom. i in *Ezech.*, et alii. Vide Suarez, tract. *De Fide*, disp. 8, sect. 6, num. 6.

34. ET EGO VIDI (Spiritum Sanctum in Iesum, cum a me baptizare, descendenti et manentem), ET TESTIMONIUM FERIBUT, QUA HIC EST FILIUS DEI. — Graeco εἰπει, id est ille filius, scilicet naturalis, divinus et ἄγνως Patri, ideoque « omnium Patris honorum heres, » ait Cyrillus, ad quem nos per adoptionem conformamus, ad huiusmodi dignitatem per gratiam invita.

35. ALTERA DIE (postridie) ITERUM STARAT JOANNE, ET EX DISCIPULIS EJUS DUO. — Dicit Evangelista Joannem Baptistam tribus diebus continuis, ter testimonium peribuisse Jesu, quod ipse esset Christus, ut illud plane firmaret et solidaret. Primum enim dedit authenticum et juridicum rogatus a legatis Iudaeorum, die prima martii, vers. 2; secundum dedit postero die venienti et presenti jam Iesu, die 2 martii, vers. 29; tertium dat hic die 3 martii, coram discipulis suis, ut eos ad Iesum traducat. Vide Chronica-x, num. 10 et 11.

36. ET RESPICPIENS JESUM AMBULANTEM, DICIT: ECCE AGNUS DEI. — q. d. Ecco Christus instar agni immaculati, destinatus in victimam, ut Deo in cruce immoletur pro peccatis totius mundi. Sicut enim agnus paschalibus assabatur distensus in terra, sic Christus distensus in cruce assus fuit, tum dolor favorum, tum potius amore electorum. Dicit hoc Baptista, q. d. discipulus suis: Quid me sequimini? illum sequimini, qui est agnus Dei, pretium mundi, ait Interlinearis. Sic et S. Augustinus, Chrysostomus et alii. Unde nota prudenter et modestiam Joannis, qui discipulos non cogit, ne impelli ad sequendum Christum, sed duntaxat illis eum indicat, ut illi tantum bonum agnatum sponte sua ardenter sequantur et constantius retineant; sicut qui gennam, quae vili prezzo vendunt, quanti sit preli mercatoribus indicat, facit utrōque eam ambiant et coemant. Unde Chrysostomus: « Nullo, ait, horatio (suspiciosum enim fuisse), sed solo auditu secuti sunt. »

37. ET AUDIERUNT EUM DUO DISCIPULI LOQUEN- TEN, ET SECUTI SUNT JESUM. — Objicit Chrysostomus: « Atqui et alii erant Joannis discipuli. Sed illi non modo non secuti sunt, sed amulabantur » honorem Joannis sui magister, eumque preferabant Christo, » ut patet cap. iii, 26. Et Euthymius: « Inter multos auditores, ait, hi soli audirentur, auribus videbant anime, cum alii utique audirent auribus corporis. »

Dico. — Quorū unus erat Andreas, ut patet vers. 40, alter ignoratur. Porro S. Chrysostomus: Quare, ait, alterius nomen non ponitur? quia est ipse qui scribit (Joannes), aut quia ille non erat insignis. Prius est verisimilis, ait Franciscus Lucas; et faveat quod Joannes et Jacobus fuerint in punctione socii Petri et Andreae. *Math.* IV

ubi paulo post Andream et Petrum, vocat Christus ad se Joannem et Jacobum. Item quod Joannes in Apocalypsi gaudeat Christum vocare agnum, quasi qui hoc nomen audierit et imberberit a magistro suo Joanne Baptista. Denique tanta puritas, virginitas et sanctitas S. Joannis Evangelista videtur manasse a puritate et sanctitate Joannis Baptista. Accedit S. Epiphanius, *heress* 31, qui asserit alterum horum duorum fuisse Joannem, vel fratrem eius Jacobum, id est alterum filium Zebdei. Joannem fuisse opinantur quoque Theophylactus, Euthymius et S. Cyrilus, in *Catena*. Alcuinus vero in *Catena S. Thomae*: Alter, inquit, era Phillipus. Verum Phillipus vocatus fuit a Christo, vers. 43, in Galilaea.

SECUTI SUNT JESUM. — Ut eum plenus nossent, ait Euthymius, et cum eo familiaritatem contraherent, ait, si commodum experientur illum, plene sequentur, futuri ergo perpetui discipuli; nam hic eos se tolos Christo needum adgixisse, sed tantum probare voluisse, patet ex sequent.

Alegorice Beda: Sequentes Iesum, ait, reliquerunt Joannem; sequentes Evangelium, legem amiserunt: si tamen secuti sunt Evangelium, ut testimonio uferentur e lege.

39. CONVERSUS AUTEM JESUS, ET VIDENS EOS V SEQUENTES SE, DICIT EIS: QUID QUERITIS? QUI DIXERUNT RI: RABBI (QUOD DICITUR INTERPRETATUM, MAGISTER), UBI HABITAS? — Quid queritis? Vox est non ignorantis, sed invitantis, et eorum verecundiam sublevantis. Audi Cyriulum: « Interrogat quid quererent, non quia ignoraret, qui universa noverat ut Deus, sed ut colloquendi principium interrogat fieret. » Sic S. Chrysostomus: « Qui humanorum cordium scrutator est, ait, is interrogat, non ut sciat (sicut enim): sed ut rogarde eos sibi conciliet, ut familiares reddat atque audientes, seque suo eis dignari colloquio ostendat. Credibile enim erat eos subvereri et formidare, cum se rudes intelligent, et tantum de illo magistri acceptissent testimonium. »

RABBI. — Syrus, Rabboni, id est magister noster; Arabicus, Rabban, id est magister. Hac vox discipuli Christum honorant, ejusque gratiam sibi concilant, et se ejus uello fieri discipulos insinuant. Ita Beda: « Ipsa interrogatio, inquit, indicium est fidei; quando enim dicunt: Rabbi, quod intelligitur magister, et sequuntur eum, utique magistrum sequuntur et dicunt, » Magistrum appellaverunt, ait Cyrillus, a quo discere cupiebant. Et Chrysostomus: « Nec ex eo solum, quod sequentur, sed etiam ex interrogatione eorum ostenditur desiderium. Siquidem cum nihil adhuc magnum neque vidissent, neque audissent ab eo, magistrum appellant, se discipulis annuerant, et cur sequantur ostendunt: ut videlicet aliquid utille decerpent. »

QUOD DICITUR INTERPRETATUM, MAGISTER. — Hec verba sunt non discipulorum, sed Joannis,

ecorum vocem Hebraicam, *Rabbi*, Græcis et Latinis, qui hebreia ignorant, interpretantur.

**Ubi habitas?** — *Grecæ nō pīnq, id est ubi manes, ubi morais?* hospitium enim Christus in terris habuit, non p̄ copiam habitatatem et dormum, juxta illud *Math.* viii, 20: « Vulpes foveas habent, et volucres celi nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet. » Rogans hunc discipuli, ut domi cum Christo se ereto colloqui et ab illo de rebus divinis et ita quae ad vitam perfectiorem pertinent, instrui posse, ac significare se velle fieri ejus familiares et domesticos. Ita S. Chrysostomus, *Theophylactus, Euthymius.*

**39. DIXIT EIS : VENITE, ET VIDETE. VENERUNT, ET VIDERUNT UBI MANERET, ET AFUD EUM MANSERUNT DIE ILLA HORA AUTEM ERAT QUASI DECIMA, — ab ortu solis, hoc est quarti post meridiem, et secunda ante occasum solis, que apud Italos est hora vigesimalis secunda. Erat enī dies tertia martii, ut dixi vers. 28 et 33, cum non longe abest aquinoctium, que dies et noctes sunt aequales, diesque est duodecim horarum, et totidem nox. Addit hoc Joannes, ut ostendat et Christi zelum, qui imminente nocte, noluit eos rejicare in sequentem diem, sed statim cum eis negotia salutis peragere; aqua ac discipulorum erga Christum ardorem, qui de nocturno hospitio non solliceti, maluerunt apud Christum audiendo pernoctare, quam domi in lecto decubere. Ita Euthymius. Nam eos mansisse apud Christum, non dubius tantum, que supererant, diei horis, ut nonnulli putant, sed per integrum diem naturalem, qui noctem comprehendit, ideoque per noctem totam, patet ex eo quod duabus que supererant diei et lucis horis, nec satis cum Christo suo tractare, nec Christum per nosse, nec ad Joannem ante noctem redire potuerint. *Non enim convenit, ait Cyrilus, ut cito satiali a divina doctrina recedamus.***

Porro, que et quanta audierint a Christo, quantos platiatis affectus hauserint, quos charitatis ignes a Christo afflatis senserint, soli illi norunt qui experti sunt. Unde exclamat S. Augustinus: « Quam beatum diem duxerunt, quam beatam noctem! Quis est qui nobis dicat que audierint illi a Domino? » Certe iū ex affectu estimare licet. Nam Andreas ita amore Christi fuit accensus, ut fratrem Petrum mox Christo lucrari ejusque amore accendere satergerit, ut patet ex vers. seq.

**40. ERAT AUTEM ANDREAS, FRATER SIMONIS PETRI, UNUS EX DUOBUS QUI AUDIERANT A JOANNE (didente de Jesu, *Ecce agnus Dei*) ET SICUTI FURERUNT EUM — scilicet Jesum. Ingerit hoc Joannes, ut ostendat qua ratione ad Christum adductus sit Petrus, qui fuit princeps Apostolorum et caput totius Ecclesie; nimur quod Andreas letus de invento et auditio Christo ad eum fratrem suum Petrum, quem unice diligebat, adduxerit, ut**

tanti boni eum faceret consortem. Signum ergo et effectus vocacionis divinae est zelus hic, quo quis ejusdem alios, presertim intimos suos, particeps facere et ad Deum traducere studet et ardet. Scut enim ignis parit ignem, sic zelus zelum. Porro videtur Petrus, eque ac Andreas, fuisse Joannis Baptista discipulus, vel certe studiosus auditor: uter fuerit senior, ignoratur. Andreas ergo deus et laus est, conversio Petri.

**41. INVENTI** (quem studiose querebat; Syrus, vidit; postridie scilicet illius diei, quo cura Christo manerat et pernoctaret, vers. 39) **HIC PARMUM** (ante alios amicos et notos) **FRATREM SUUM MONEM, ET DICIT EI : INVENIENS MESSIAM (QUON EST INTERPRETATUM CHRISTUS).** q. d. Messis nomen Hebreum, si græce interpretaris, idem est quod Christus, id est latine *unctus*, scilicet unctione non corporali, sed spirituali gratia, tum unionis hypothetica, tum habitualis eximie, per quam a Deo creatus et quasi consecratus est *primo*, sacerdos; *secundo*, doctor; *tertio*, propheta; *quarto*, rex; *quinto*, legislator; *sexto*, redemptor orbis est. *Grecæ r̄w Mēsiaz*, id est illum Christum, illum unctum, quem scilicet velut exūmum, unicum et singularem Prophetam, a Prophetis promissum, quasi restauratorem Israëlis omnes avidissime expectant. Ita Euthymius.

**INVENIENS** (scilicet ego cum socio meo) **MES- SIANUM**, — quem ego et tu cupidissime expectavimus, vestigamus et scrutamur. *Videt* ergo Andreas, eque ac Petrus, partim ex oraculis Prophetarum, partim ex Joannis de Christo jam nata testimonio, Christi videndi desiderio aruisse, nam, ut ait Beda: « Nemo inventit, nisi qui querat; iste qui inventisse se dicit, ostendit quia dum quiesceret. » Et S. Chrysostomus: « Hoc verbum, *invenimus*, inquit, anima est maxime ejus presentiam desiderantis, et collitus adventum expectantis: cuius adventu exultans, alios Evangelii gestat fieri participes. Hoc fraternali animi, cognati amoris, sinceri est effectus officium, ut in spiritualibus quam diligentissimam curam adhibeamus, invi- cem opitilem, » S. Chrysostomus de more secutus Euthymius: « Sermo, inquit, est admodum latans: *Invenimus* quem queremus, quem venturum sperabamus, quem Scriptura annuntiaverunt. » Andreas ergo cum socio letitia de Christo invento quasi de summa felicitate gestiens, ut eamdem communiceat fratri suo Petro, exclamat: « *Invenimus* Messiam. » Quare « non amplius, ait S. Chrysostomus, ad Joannem reversi sunt, sed ita Christo affixi sunt, ut Joannis ministerium susciperent, et ipsi Christum pradicarent.

Hinc moraliter discimus Deum per gratiam suam occurre anima se desideranti, eoque magis iam implare, quo magis se desiderat et sicut; imo hoc ipsum sui desiderium solet Deus prius anima immittere, ut per illud animam ad se suaque dona prepareat, eorumque capacem

official. Scut enim quo majus est vas, eo majoris vni vel olei est capax; sic quo majus est in anima Dei et virtutis desiderium, eo magis illa Ipsius est capax, juxta illud *Thren.* iii, 23: « *Bo-nus (beneficius, liberalis) est Dominus sperantibus in eum, animos querenti illum.* »

**42. ET ADDUXIT EUM AD JESUM.** — « Credibile est, sit S. Chrysostomus, Andream plura persuasiōnē accommodata vixit, aderat quoque alter discipulus, qui ista adjuvavit: verum Andreas, cum suum non esset officium, neque ad tanti luminis narrationem sufficerat, ad fontem ipsum quoniam invenerat, fratrem adiuvit. » Porro Petri animus ad hec verba, volui ignis presente stipula, desiderio videndi audiendi Christi exarsit. Unde pergit S. Chrysostomus: « Considera, ait, a principio obedientiam et hemevolū Petri unicum: cucurrit et vestigio nil moratus. Adduxit, inquit, eum ad Jesum; sed nemo ejus damnet nimiam in credendo facilitatem; non enim dicit statim persuassisse, sed tantum adduxisse ad Jesum, ut inde totum disceret. »

**INTUTUS AUTEM EUM JESUS** (quasi subjectum apud positionem ad predicandam et illustrandam suam gloriam, ideoque eum destinans suum successorem et vicarium, p̄tua Pontificem Ecclesie), **DIXIT: Tu es SIMON, FILIUS JONA: TU VOCABERIS CEPHAS, QUON INTERPRETATOR PETRUS.** — Peter ergo Simonis Petri vocatur *Johanan*, sive *Joannes*, et per crasin *Yona*; sicut *Iehosua* contrahitur in *Jesus* et *Yesus*. Ita Nonnus et alii. Dicit hoc Christus, ut Petru arcana pandat, seque eorum conciūm, ideoque cardiognosten, et Deum esse ostendat. Nam, ut ait Cyrillus, « antequam aliquid de coquisset, tem ipsum, quam patrem ejus nomine appellat, et hac re discipulum instruit, eum se esse, qui cuncta etiam ante*iam* fiant novit. »

**TU VOCABERIS CEPHAS.** — Promittit Christus Simonem nomen *Cephas*, id est Petrus, q. d. Ego tibi, o Simon, aliud nomen indam, vocabo te *Cephas*, id est Petru, vel Petrus, quia te faciam petram Ecclesie, ut tibi tueque fidelis, eque ac regiminis, quasi fundamento petrino et solidissimo, incumbat firmissima Ecclesia mea fabrica. Promissum hoc præstithit Christus, *Matth.* xvi, 18, dicens: « Tu es Petrus, et super hanc petram (id est super te, quem vero *Cephas*, id est petram) edificabo Ecclesiam meam. » Vide ibi dicta. Ita S. Cyriacus.

**43. IN CRASTINUM VOLUIT (JESUS) EXIRE IN GALILEAM,** — ut ex ea vocaret villes ac rudes pescatores, quos Apostolos suos crearet et Evangelii praecones efficeret, ne fides Christiana putrefaret esse opus hominum, non Dei. Apostoli enim fueru Galilæi; Galilæi autem erant pauperes et ignobiles pre Judeis, qui ex Iuda, que erat tribus regia, erant oriundi. Ita S. Chrysostomus, Euthymius et alii.

**IN CRASTINUM,** — puta postridie illius diei qua

Andream et socium hospitio excepterat, quae *ad* dies 3 martii, ut dixi vers. 33. Postridie ergo, id est die 4 martii, ivit Jesus in Galileam, et vocavit Philipum; singulos enim actorum Christi dies accurate hic consignat Joannes, et quid quaque die ab eo gestum sit, narrat.

**ET INVENTI PHILIPPUM.** — Non casu, vel fortuito, sed destinato consilio vadens ad eum locum, ubi scilicet esse Philippum: ibi eum invenit, quem studiose querebat, quia eum destinabat Apostolum.

**ET DICIT EI JESUS: SEQUERE ME.** — Hec est prima vocatio exterior Christi; Petrus enim et Andreas primi vocati sunt interius per internam inspirationem, non exterius per extoriam vocem Christi, sed ait illa vox Joannis Baptiste, magistri sui, dicens de Christo: « Ecce agnus Dei, » ab eo non vocati, ultra et sponte suū *iam adiunxit*, exploratius ejus doctrinam et vitam, non autem quasi certi et stabiles futuri ejus discipuli. Ita Toleitus. Philippo ergo hoc deus et haec laus debet tur, *quod primus omnium a Christo dicente: « Sequere me, » exterior vocatus sit, et interior memorem ejus impellete Spiritu Sancto vocacioni huic obediens, illico Christum secutus sit, qui ipse erat studiosus legis Mosaicæ et sollicitus de adventu Christi, ait Theophylactus, atque ut S. Chrysostomus, « in perscrutanda veritate diligenter. »*

**Unde S. Augustinus, lib. II De Consensu Evang., cap. XVII:** « Jam Philippus, ait, sequebatur, quem sic vocerat, ut diceret ei: *Sequere me.* » Causat dat Theophylactus, vim attractivam vocis Christi: « *Videtur enim, ait, primus vox Domini omnium illius stimulo quodam charitable tetigisse. Non enim simpliciter Salvatoris vox dicebat, sed dignus statim flagrare faciebat intrinsecus ad amandum ipsum, sicut et Cleophas dixit: *Nonne cor nostrum ardens erat, cum loqueretur nobis in via?* »*

Porro Clemens Alexandrinus, lib. III *Strom.*, cap. n, certo asserit Philippum esse illum qui, petens a Christo dicensque: « Domine, permite me primum ire, et sepelire patrem meum, » hoc a Christo responsum tulit: « *Sequere me, et dimittit mortuos sepelire mortuos suos,* » uti dixi *Matth.* viii, 22.

**44. ERAT AUTEM PHILIPPUS & REVERSA, CIVITATE (patria) ANDREE ET PETRI.** — Addit hoc Joannes, ait Theophylactus, ut insinuat Andream et Petrum prius insinuasse Phillipo, quasi civi et vicino suo, invenisse Messiam, illumque esse *Io-sum Nazarenum*. Quare Phillipum mox a Christo vocatum, dum ab eo audiret: « *Sequere me,* » illuc eum fuisse secutum, quia jam animo era preparato ei Christi avido. Idem probabile ess asserset Franciscus Lucas. Solebat enim Christi discipulos premittere, qui viam sibi sternere et auditores ad suum adventum præpararent.

Porro, Bethsaida erat adjacente mari Galilee

sita juxta Ceroziam et Capharnaum, in qua dominum habebat Petrus et Andreas, quam Christus ingressus, socrum Petri in lecto decumbentem a gravi febre liberavit, et apprehensum manu suspitum erexit, Matth. viii. Haec ergo fuit patria trium Apostolorum, Petri, Andreae et Philippi, dicta Bethsaida, Iudea quasi domus venationis vel pescationis, quia in ea habitabant pescatores qui in vicino mari pisces venantur et capiebant, quales fuerunt Petrus et Andreas.

43. INVENTI PHILIPPIUS NATHANAEL, ET DIXIT EI : QUREN SCHISPI MOYES IN LEGE, ET PROPHETE, INVENIENS JESUM, FILIUM JOSEPH DE NAZARETH. — « Invenit non casu, ait Cyrius, sed multo quesumus studio ; studiosissimum enim Scripturam virum diligenterissimum cognoverat. » Invitauit autem, ut videatur, illum in Cana Galilee, unde enim ornatius erat Nathanael, ut patet Joan. xxi; 2), quando collicet Philippus cum Iesu vocatus ad nupicias, eodem ivit, ut audiemus cap. n. 1.

NATHANAEL, — amicum et familiarenum. Quares quisnam fuit hic Nathanael?

Primo, Claudius Espenaces, scribens in epist. II ad Tym., cap. iv, digess. 23, ait nominales putare Nathanaelem fuisse Ursinum, sive Ursinum, primum Bilituricum Episcopum.

Secundo, Graeci, in Menologio, asserunt Nathanael eundem esse simone Chananaeum Apostolo : sed enim habent die 22 aprilis : « S. Apostoli Nathanaelis, qui fuit Simon Zelotes ex Cana Galilee, ubi Christus invitatus ad nuptias, aquam in vimum convertit. » Idem habent de eodem addit : « Post expletum predicationis officium, felicititer in Domino resuscit, pridie Ianuarii decembri.

Tertio, tertio, verisimiliter Rupertus et Jansenus hic, et Abulensis, in cap. i. Matth., vers. 3, ad illa :

ad Philippum et Bartholomeum, » censem Nathanael esse Bartholomeum Apostolum. Probat id primo, quia Evangelista semper junxit Philippum Bartholomeo, sicut hic Joannes eundem jungit Nathanaeli ; secundo, quia Bartholomei vocationem faciat a Christo nasquam legimus, nisi sit haec ipsa Nathanaelis ; tertio, quia celestes Evangeliste, qui Bartholomei meminerint, non meminerint Nathanaelis : ac vice versa Joannes, qui meminit Nathanaelis, non meminit Bartholomei, quasi hi duu unuus idemque sint ; quarto, quia Joannes, cap. xxi, 2, Nathanaelis Petrum, Thomam, Iacobum et Joanni Apostolis in punctione et visione Iesu associat : videtur ergo ipse quoque fuisse Apostolus, nec appetat quis alius fuerit, quam Bartholomeus ; quinto, quia Bartholomeus non videtur esse nomen proprium, sed significare filium Tolmai : proprium ergo eius nomen videtur fuisse Nathanael ; sic enim Barjona, id est filius Iose, dictus est Petrus, qui a proprio nomine vocabatur Simon, ac deinde a Christo vocatus est Cephas, id est Petrus ; sexto, quia de Nathanaele ait Christus : « Ecce vere Israëlit, in quo dolus non est, » ac deinde Chris-

tus ei promittit visionem angelorum super ascenditum et descenditum. Videtur ergo Christus eum intime dilexisse ac selegisse in suum familiarem et Apostolum.

Negat tamen ipsum S. Augustinus hic, tract. 17, ac ex eo Toletus, Biberna, Maldonatus et Bonius, motu haec ratione, quod Nathanael videtur fuisse legis docto : nam ex legi disserit cum Philippo : Christas amem non legisperitos, sed rudes et idiotas pescatores elegit ad apostolatum. Verum responderi potest Nathanaelem fuisse legis studiosum, non doctorem, neque ac erat Philippus eum eo de adventu Messiae ex lege disserens, ac Petrus et Andreas. Videntur enim hi omnes fuisse Joannis Baptiste discipuli, vel auditores, atque ab eo transmissi ad Christum. Non sub his Paulus erat legis studiosus, at non leisperitus vel doctor. Quod si Nathanael non fuit Apostolus, certe fuit discipulus. Unde L. Dexter, in Chronico, ad annum Christi 101, n. 3 : « Nathanael, ait, unus e septuaginta Domini discipulis regnoscitur in urbe (Hispania) Treuga, prope Legionem vulgo Leon. » Idem habet Petrus de Natalibus, in Catal. Sanc. ex Vincentio, qui et de eodem addit : « Post expletum predicationis officium, felicititer in Domino resuscit, pridie Ianuarii decembri.

Porro, Nathanael Hebraice idem est quod dominum Dei ; vel dedit Deus, vel da domus, ali Paganis, sive Adeodatus. Hinc principes tribus Issachar tempore Mosis vocatur Nathanael, Num. 1, 8, et forte ab illo hic Noster Nathanael prognatus, non menius est. Hinc S. Augustinus filium sumum divino ingenio praeditum vocavit Adeodatum, ut ipse fatetur, lib. De Beata vita, post initium.

Jesus. — Syrus, qui est Jesus, filius Joseph a Nazaret. Erat enim Nazareth vicina Cana Galilee, tribus horis tantum ab ea distans, ita ut Nathanael ex Cana oriundus, facile nos posset esse Jesus, filium Joseph, ut vulgo putabatur, oriundum ex Nazareth. Arguit hic Calvinus Philippum stoliditatem et insuetudinem, dicenti : « Iesum stolidus dicit filium Joseph, imperite Nazarenum fact, et de Christo quatuor verbis profari nequit, quin duo crassiores permisceat. » Sed stolidus et imperitus est Calvinus, sapiens vero et sciens Philippus, qui apud Nathanaelum Iesum ita describit ex vulgi opinione et agnominatione, ut Nathanael eum nosse possit, alioquin plane cum incognitum habiturus. Ita S. Chrysostomus. Christus enim vere erat Nazarenus patria, quia ibi conceptus erat, esto per occasionem census, natu esset in Bethlehem.

46. ET DIXIT EI NATHANAEL : A NAZARETH POTEST ALIQUID BONI ESSE? DIXIT EI PHILIPPUS : VENI, ET VIDE. — q. d. Nazareth est in Galilee locus ignobilis et obscurus, ac apud Iudeos contemptus. Unde Pharisaei infra, cap. vii, 37, dicunt quod « a Galilee Propheta non surgit ; » quomodo ergo, o Philippo.

ex Nazareth natum censes Christum? prasertim quia Christus ex Iuda et Davide nasciturus in Bethlehem predictitur a Michea, cap. v, 2. Ita S. Chrysostomus, qui et addit : « ostendit igitur et Scriptura cognitionem, et morum simplicitatem, denique vehemens adventum Christi desiderium cum Philippi verba non contemnit. Norat enim Philippum in patria commemoranda falli potuisse, » et ex parte falsus est ; Christus enim, hinc conceptus esset in Nazareth, tamen natu erat in Bethlehem, quod hoc tempore ignorabat Philippus. Si et Theophylactus et Euthymius. Porro Joannes Alba, in Electis, potest accipit pro solet, et hujus acceptio exemplum profert; q. d. Soletne ex Nazareth bonus aliquis Propheta prodiit? q. d. Minime : quomodo ergo tu, o Philippus, ait ex Nazareth prodiisti Christum?

VENI, ET VIDE. — Syrus, Veni, et videbis, q. d. Nolo tecum de Nazareth dispartare, sed veni, vide et audi Iesum, et experiri quod ego expertus sum, ut rapiatis in eum amorem credasque ipsum esse Christum. Audi S. Chrysostomum : « Quomodo hic sit Christus, et quomodo Propheta eius praedixerint, non dicit Philippus, sed dicit ad Iesum, sciens ipsum non abscessurum, si illus verba et doctrinam gustaret. Si visderis solumente, dicit, si sermonem cum eo conferas, facillime misili assentes. » Et credere autem nos oportet, ait Cyrius, ineffabilmente quondam gratian. In sermone ac verbis Christi fuisse, quibus auditorum animi magna iucundatio allicerentur. Scribitur enim quia omnes admirabantur de verbis gratiae, quae exhibant de ore eius.

Porro, Nathanael vehementer desideraverunt videre Christum, Philippo acqueivit, ad Iesum cum eo venit enim Christum esse agnoscit : quare discipline et sequela eius se tradidit.

47. VIDIT JESUS NATHANAEL VENIENTEM AD SE, ET DIXIT EO : ECCE VERE ISRAELITA, IN QUO DOBIS NON EST ; qui sollicet imitatum cordem, simplicitatem et sanctificationem Iraelis, id est Jacob patriarchae, ex quo ipse prognatus est. Unde Syrus verit, ecce vere filius Israel ; Jacob enim vir simplex habitat in tabernaculo, Gen. xxv, 20. Ostendit Iesus se scire et vidre animi Nathanaeli cordem, et statim, ut inde Nathanael cognoscat Iesum non esse merum hominem, sed et Deum cordium inspectorem. Censem S. Chrysostomus Christum affidere ad id quod se Nathanael dixerat Philippo : « A Nazareth potest aliquid boni esse? » q. d. Hoc tu dicto contra me non offendit, quia scio te id aitmo candido et inquietando veritatis avido dixisse ; scio enim in animo tuo nullum esse colum, nullum malitiae fel.

48. DICIT EI NATHANAEL : UNDE ME NOSTI? — qui nunquam me vidi, nec mecum egisti : « Auidavero, ait Chrysostomus, homini constantiam : non intumuit laudibus, neque his oravum factus est, sed de eo perscrutari pergi, ut de eo certi aliquid intelligat. »

(4) Erat Judæus in more positum sub flombis sermones miscere cum amicis, meditari, legere, crare. Vid. Lightfoot et Westerum in h. l. Quid vero Nathanael sub flou egredit, nam ibi preces ad Deum fuderit, et meditatus sit, an cum amicis colloctus sit, ut nonnulli interpres volunt, de Messia et regno Messiani, id quod de finibus nequit.

**REX ISRAEL.** — Id est Messias, Davidis et Salomonis regum filius, ideoque regni Israels, id est duodecim tribuum, successor et heres. Hoc enim de ipso predixerat David, vel potius Deus per Davidem, *Psalm. ii. 6 et 7*, dicens in persona Christi : « Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, predicans preceptum ejus. Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hōde genui te. » Unde liquet Davidem praedixisse Messiam fore Dei Filium naturam, sed hanc ejus predictionem pauci auct. Joannem Baptizant, et Christum illam explinant, clare pleneque intellexerunt. Concilium Constantinopolitanum oecumenicum, in constitutione Vigili Papae ad quintam collationem pertinente, anathema dicit illi qui verba Nathanaelis : « Tu es Filius Dei, tu es rex Israel, » ab ipso dicta volunt Christi tanquam domestico Dei, ut non ipse sit Deus, sed ob familiaritatem quam Deo habet, Deus nominetur.

**RISPONDIT JESUS, ET DIXIT EI :** Quia tibi dixi : Vidi te super fucos, CREDIS : MAJUS HIS VIDEREIS, — scilicet majora mera oracula et miracula, majora mysteria doctrinae, vite, passionis, resurrectionis et ascensionis meae, ex quibus cognoscere me non tantum Israels, sed mundi totius, adeoque celorum et angelorum omnium esse regem et Dominum. « Duo dicit, ait Chrysostomus, alterum iam praeteritum indicat, alterum ex hoc confidat futurum; qui enim ejus virtutem iam viderat, facilis quae futura audit, credit. »

**Si. ET DICIT EI : AMEN, AMEN DICO VOBIS, VIDERIBITIS COELUM APERTUM, ET ANGELOS DEI ASCENDENTES ET DESCENDENTES SUPRA FILIUM HOMINIS.** — « Cœlum apertum, » non quod vere cœlum scindendum et aperiendum sit, sed quod cœlum angelorum intratibus et exiitibus aditum dabit et exitum, sicut solet nobis dare ostium domum aperitur : quare vobis videbitur cœlum aperiri esseque apertum. Est catastrophes. Simili modo in baptismo Christi, vobis est cœlum Christo aperiri, *Matthew. iii. 16*, et *Ez. viii. 12*, dum vidit in cœlo currum Cherubim gloriam Dei; et *S. Stephanus*, dum a Judeis lapidatus, vidit Iesum stantem a dextris Dei, *Act. vii. vers. 33*. Vide que illis locis annotavi. Hac visione significatur cœlum ex parte annorum millia hominibus ob peccata clausum, per Christum fore reserandum.

**ET ANGELOS DEI ASCENDENTES ET DESCENDENTES (ARACICUS, ASCENDERE ET DESCENDERE) SUPRA FILIUM HOMINIS.** — *Syrus, ad Filium hominis*, ut si quasi regi suo obsequiantur. Hoc enim significat Graecum id, quod respondet Hebr. *viii. 1*. Unde Vatabus vertit, sub *Filio hominis*, q. d. Sub imperio et potestate mea, me imperante, ad nutum meum prout ego volero, vel jussero, ascendenter et descendenter angelii. Sie et *Franciscus Lucas*.

**Nota primo,** ex eo quod Christus Nathanaeli vocavit Israhelitum, in quo dolus non est, liquet sum alludere ad visionem angelorum in scala e

terra in cœlum correcta ascendentium et descendenter, factam Israeli, id est Jacobo patriarche in Bethel, *Gen. xxviii. 12*. Ita S. Augustinus, *lib. XII Contra Faustum, cap. xxvi*; Israel enim sive Jacob uti pater, sic et typus fuit Christi. Christus enim verus est Israel, id est dominans Deo, idem est Patriarcha Christianorum et fundator Bethel, id est domus Dei, puta Ecclesiastam celestis quam terrestris, tam triumphantis quam militantis.

**Nota secundo,** Christum haec pharsi et visione angelorum ad se ascendentium significare se non tantum Israels et hominum, sed et celorum ac angelorum esse principem, ac consequenter verum esse Deum Deique Filium ; ideo enim ascendent et descendenter ad eum angelii, quas ejus ministri, ut ipsi sacerdos et regi suo assistent et obsequantur, omniaque ejus iussa, tam in cœlo quam in terra, peragant. Ita S. Cyryllus et Chrysostomus.

Queres, quando hic angelorum ad Christum descendens et ascensus configerit (*1 Cor. xv. 52*). **Primo,** dicitur S. Chrysostomus et Theophylactus carent cum contigit, cum Christo agoniam patienti sanguinem sudanti in horo apparuit angelus, confortans eum, *Luc. xxii. 44*. Item cum in resurrectione mulieribus apparuerunt angeloi, resurrectores eum resurrexisse, *Math. xxviii. 6*.

**Secundo,** S. Cyryllus censet id factum in baptismo Christi; tunc enim angelorum ministerio formata est columba devolans in Christum, quem erat index Spiritus Sancti ; item vox Patris in aere : « Huius est Filius meus dilectus, » *Math. cap. iii, vers. 19*. Verum hoc Christi cum Nathanaeli colloquio contigit post baptismum Christi.

**Tertio,** Euthymius id factum opinatur in ascensione Christi ; tunc enim omnes omnes angelum dare ostium domum aperitur : quare vobis videbitur cœlum aperiri esseque apertum.

**Quarto,** Toletus censet id continuo fieri in Ecclesia, que a Christo per angelos regulari.

**Quinto,** Maldonatus estimat id factum die iudicii ; uno enim omnes angelii illi assisterunt, tam boni, quam mali : boni, ut ab eo homines plus cœlo adjudicatos illi deducant; mali, ut impios ab eo damnatos in tartara abripiant.

**Sexto,** Franciscus Lucas haec accipit de Christi miraculis et donis celestibus, quibus Christo subservierunt angelii in hac vita, et post mortem. Intelligit ergo Jesus, inquit, ad nutum Filii hominis.

(1) Hac nostri interpresatio quiesco parum apta nisi videatur, et postrema versus si verba latiori sensu habenda sunt. Non enim certa ibi quedam et nubes angelorum apparito praedicavit, sed res perpetua ac continua ; nam verba *et tempore*, que premeendo verbi processus, *inde ab hoc tempore*, melius vertuntur *postea*, *in posterum*. Sensus igitur est : arctissimum miliu cum Deo esse coniunctionem in oculis omnium incurrit, consilia Dei hominibus salutaria per me exsequenter, Deus mecum erit, et doctrina et factis insignibus me eam Messiam demonstrabo.

minis, cœlum ex eo tempore a fidelibus visum iri aperatum, ultra citroque discurrentibus angelis ; quia brevi e cœlis, jubente Filio hominis, ejusque jussi parentibus angolis, Dei dona magna copia omnibus cœrentibus adferenda erant in terram : infirmorum sanatio, leprosorum mundatio, cœrorum illuminatio, claudorum cœlestio, diemponi expulsio, mortuorum suscitatio, impiorum justificatio, Spiritus Sancti offusio, variorum munitionis distributio, mundi conversio, etc. Quæ omnium cum sibi manifesta Dei dona, non potuit non videri colum aperatum, et angelos sanctos, per quos cœlestia ministrantur, Filio homini ad nutum servire, illi qui viderunt Filium hominem reddentes plurimos hominum compotes. Loquitur ergo Christus de omnigenis miraculis et cœlestibus donis, quae sunt a Nathanaeli vocazione edituris erat, toto mortalis vita suæ tempore, immo etiam post ascensionem suam in cœlum confine patraturus in gubernatione Ecclesie suæ, usque ad extremum iudicium et consummationem seculi. Hæc omnia vera et apposita sunt.

Verum, quia Christus Nathanaeli et Philippo specialiter promittit hanc angelorum visionem, ad inscoiam eorum in se fidem angendam et roboran-  
dum; nec in baptismo, passione, resurrectione, vel ascensione Christi, vel alia propria apparetur angelii ascendentis et descendentes ad Christum, hinc planius, simplicius, pressius et germanius dicimus peculiarem et publicam hanc fuisse visionem angelorum, viventi Christo proprio ut verba sonant factam, aque ac eadem facta est Jacobo, qui fuit Christi typus, *Genes. cap. xxvii, vers. 12*. Quare illa visio Jacobi simili-

facta autem est hæc visio hoc fine. **Primo**, ut per eam ostenderetur Christum homines angelis, terram cœlo reconciliasse, ac utriusque mutuam communicationem et familiaritatem, que primis erat in paradiſo, restituisse.

**Secundo**, ut docearet Christianos esse advenas et hospites in terra, ac versari debere cum angelis, et eorum angelicam vitam imitari, quasi cives Sanctorum et domesticos Dei, *Ephes. ii. 19*.

**Tertio**, ut angelos nobis quasi presides assignaret, qui nos contra demones omnesque malorum incursum tutarentur, et ad heroicam virtutes impellerent, tandemque post mortem in cœlum deducerent. Ascendent enim in cœlum angelii, ut vota, preces et genituli nostros ad Deum perferant; descendunt, ut a Deo grātia dona ad nos deferant.

**Quarto**, ut declararet Christi majestas, et angelorum erga eum obsequium et reverentia. Ipse enim, ait Chrysostomus, constitutus est supra omnem principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omnia nomen, quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, » *Ephes. i. 21*.

Vide quæ de scula Jacob angelisque per eam ascendentibus et descendebantibus fuisse dixi. *Cap. xxviii, vers. 12*.

## CAPUT SECUNDUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

**Primo**, Jesus vocatus ad nuptias in Cana, aquam in vinum convertit. **Secundo**, vers. 13, ejicit vendentes e templo. **Tertio**, vers. 13, Iudeus potentibus signum, quo ostenderet se a Deo missum, hoc assignat : Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitaboh illud.

1. Id die tertia nuptia factæ sunt in Cana Galilææ; et erat mater Jesu ibi. 2. Vocatus est autem et Jesus, et discipuli ejus, ad nuptias. 3. Et deficiente vino, dicit mater Jesu ad eum : Vinum non habeam. 4. Et dicit ei Jesus : Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. 5. Dicit mater ejus ministris : Quodcumque dixerit vobis, facite. 6. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positas secundum purificationem Iudeorum, capientes singula metretas binas vel ternas. 7. Dicit eis Jesus : Implete hydriæ aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. 8. Et dicit eis Jesus : Haerite nunc, et ferite architrielinum. Et tulerunt. 9. Ut autem gustavit architrielinum aquam vinum factam, et non sciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, vocat sponsum architrielinum, 10. et dicit ei : Omnis homo primum bonum vinum ponit : et cum ineibriati fuerint, tunc id quod